Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25878
Copyright: Admont, Benediktinerstift

16v

locorum diversis moribus innumerabiliter variantur. ita ut vix aut numquam omnino
inveniri possint cause quas in eis instituendis homines secuti sunt. Ubi facul
tas tribuitur sine ulla dubitatione resecanda existimo. Quamvis enim neque hoc in
veniri possit quomodo contra fidem sint. ipsam tamen religionem quam paucissimis
et manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia dei voluit esse liberam, (addo) servilibus
oneribus premunt. ut tolerabilior sit (condicio) causa iudeorum. qui etiam si tempus libertatis
non cognoverunt. legalibus tamen sacramentis non humanis presumptionibus subiciuntur.

f. A. D. XIII.

Item ad usus natale ius nulla dispensatio admittitur. nisi forte duo mala
ita urgeant. ut alterum eorum necesse sit eligi. ~~Unde in toletano concilio viii. legitur.~~ (sic)

Duo mala licet omnino cautissime sint **Minus malum de duobus est eligendum.**
precavenda. tamen si periculi necessitas unum ex his (vel perpetrare) temptare compulerit. id debemus
resolvere quod minori nexu noscitur obligari. Quid autem levius ex his quidve gravius
sit pure rationis acumine investigemus. Et enim dum periurare compellimur. cavere
quidem offendimus. et nos omnino maculamus. Cum vero noxia promissa complemus. et di
vina contempnimus. et proximus impia crudelitate nocemus. et nos ipsos crudelio
ri mortis gladio trucidamus. Illic enim duplici culparum telo perimimur. hic tripli
citer iugulamur. ~~Item beatus Gregorius in moralibus parte vi. libro xxxv. capitulo xiiii.~~

C. xxii. q. iiii. Non solum.

Nervi testiculorum leviathan perplexi sunt. quia suggestionum illius **De eodem.**
argumenta implicatis nervis alligantur. ut plerosque ita peccare faciant.
quatinus si fortasse peccatum fugere appetant. hoc sine alio peccati laqueo
non evadant. et culpam faciant dum vitant. et nequaquam se ab una valeant solvere.
nisi in alia consentiant ligari. Quod melius ostendimus. si quam ex conversatione homi
num illigationis huius exempla proferamus. (hic est imola) Ecce quidam dum mundi huius amici
tias appetit. cuilibet alteri similem sibi vitam ducenti quod secreta illius omni silentio
tegat se iure iurando constringit. Sed is cui iuratum est adulterium perpetrare cognos
citur. ita ut etiam maritum adultere occidere conetur. Is autem qui ius iurandum prebu
it. ad mentem revertitur. et diversis hinc inde cogitationibus impugnatur. atque hec
silere formidat. ne silentio adulterii simul et homicidii particeps fiat.
Prodere trepidat. ne reatu periurii se obstringat. Perplexis igitur testiculorum nervis
ligatus est. quia in qualibet parte declinet. metuit ne transgressionis contagio
liber non sit. (hic in lectulo) Alius cuncta que mundi sunt deserens. ac per omnia frangere proprias
voluntates querens alieno se subdere regimini appetit. Sed eum quis ad dim

Hic imola.

Hic in lecto.